



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Idem Innocentivs III. N. Archidiacono Mediolanensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

LITTERAE APOSTOLICAE

DIVERSORVM SVMMORVM

PONTIFICVM

Pro officio Sanctissimae Inquisitionis.

INNOCENTIVS TERTIVS

Auxitan. Archiepiscopo.

Hortatur Episcopos, ut studeant diligenter hereticos vniuersos de suis Provincijs excludere. item ut sine appellationis remedio per distributionem ecclesiasticam coerceant eos, qui cum hereticis habent commercium, aut familiaritatem.

INTE R cætera, quæ nauiculam Petri fluctuantem in Mari concutunt diuersarum turbine procellarum, illud animum grauius nostrum affigit, quod licentius, & pernicioſus ſolito contra orthodoxæ fidei disciplinam miniftri diabolice praua- ricationis iufugunt, iuxta quod beatissimus Apoſtolus Paulus Doct̄or gentium ex- primit in eulogio epiftolæ ſuæ: ſimplicum animas miserabilitetē illaqueant, & post ſe trahunt in damnationis interitum, ac ſuperſitionis, & fictijs adiuentio- nibus ſacrarum ſcripturarum intelligentiam peruerentes, Eccleſia Catholicæ vnitatem reſcindere moluntur. Quoniam autem pefis huimodi erroris, (ſicut ex tua, & plurium aſſertione cognoui- mus) in partibus Vasconiaꝝ, ac circumpoſitis terris fortius inualeſcit, per tuam ac aliorum coepiſco- porum † tuorum industriaꝝ huic morbo tanto efficacius volumen obuiari, quanto magis eſt timen- dum, quod pars ſincera trahatur; & ex tali contagione, que paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inquinentur corrupelatæ vitio generaliſ. Idemque fraternitat̄ tua preſenti pagina indulge- mus, per Apoſtolica ſcripta firmiter iniungentes, quatenus ad extirpandas hærefes vniuersas, & eos qui ſunt hac face polluti, de Provincia tua finibus excludendos, modis quibus poteris, operam tri- buas efficacem: in ipſos, & omnes illos, qui cum eis aliquod commercium, aut manifeſte ſuperſitionis familiaritatem contraxerint, ſine appellationis obſtaculo ecclesiastica distributionis exercendo ri- gorem, & etiam (ſi neceſſe fuerit) per principes, & populum eosdem facias virtute materialis gladij coerceri. Dat. Lateran. Kalen. Aprilis.

Cica annos
Dominii 1200.

Ex Innoc. III.
epiftolari Re-
gistro impreſſo.
folio 38 & fol.
134. & ſeq.

+ Hoc tempo-
re nondū erant
Inquisitores de
legati conſtituti.

IDEM INNOCENTIVS III.

N. Archidiacono Mediolanensi.

Hæretici ad nullas dignitates, & eonſilia admittantur, nec habeant actionem eligendi alios: magiſtra- tus vero ſeculares ad id ſeruandum iuratoria cautione compellantur (ſi opus fuerit) per ſententias ex- communicationis, & interdictis.

HIS; quæ ad ampliandam fidem catholicam, & reprimendam prauitatem hæreticam sta- tuuntur, auctoritatem nostram libenter impendimus, & fauorem. Sane, ſicut accepimus, di- lectus filius noster G. Sancte Maria in Porticu Diaconus Cardinalis dum legationis fungetur officio in partibus Lombardiaꝝ, de Consilio Venerabilium fratrum noſtrorum Mediolan. Archiepiscopi, & Epifcoporum, qui ad eum Veronæ conuenierant, & quorundam etiam ſapientum in- ſtituit, ut de cætero hæretici ad consilia, & dignitates Lombardiaꝝ nullatenus admittantur, nec eli- geſi alios eis arbitriū cōferatur, nec in eligēdiſ personis ad eas voce debet aliquid obtinere. Ad id autē ſeruandum in posterū potestates, cōſules, cōſilia Lōbardia adiſtingēda conſtituit iuratoria cautione, & ſe ad recipienda iuramenta eorum in quibusdā ciuitatibus deputauit, induita tibi liberă facultate cōui- mactis excommunicationis, & terras eoruſ interdicti ſententij feriendi. Nos igitur quod ab eodē Cardi- nali prouida deliberatione ſtaturū eſt, ratum habentes, & iuxta mandatum eius a ciuitatibus illis ſu- per hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipſe duxerat deſtinandum, iniungimus, auctoritate tibi preſentium indulgentes, ut contradictores excommunicationis ſententia ferias; & terras eorum ſubiectas interdicto. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, apud sanctum Petrum. xvij. Kalen. Iulij.

Ex Registro
cūfudem Domi-
ni Innoc. III.

† Concorde Ex
communicamus
ſe cōdentes.
de nare Eym.
3.24.4.123.

A IDEM